Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



utinā septimana integra psoluamus. De disciplina psallendi.

Vbiq; credimus diuinā esse presentiā & oculos dñi in omni loco specula ri bonos & malos. maxime tam hoc sine aliqua du bitatione credamus cū ad opus diuinū assistimus. Idoq; semp memores simus qd ait ppha. Seruite dño in ti more. Et iterū. Psallite sapienter. Et in conspectu an gelorū psallā tibi. Ergo consideremus qualiter oporteat in cspectu diuinitatis & angelorum eius esse. & sic stemus ad psallendū ut mens nra concordet uoci nre.

Sicut hominib; De reuerentia orationis.

potentib; uolumus aliqua suggerere n psumimus nisi cū humilitate & reuerentia. quanto magis dño do uniuersorū cū omni humilitate & puritatis deuotione supplicandū est. Et n in multiloquio s; in puritate cordis & cōpunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus. Et ido breuis & pura debet esse oratio. n forte ex affectu inspirationis diuine gre ptendatur. In conuentu tam omnino breuietur oratio. & facto signo a priore omis pariter surgant

De decanis monasterii.